

**P**refatio sancti Hieronimi in omnes epistolas sancti Pauli Incipit.

**Q**uoniam quæritur quare post euangelia quæ supplementum legis sunt et in quibus nobis exempla et precepta viuendi plenissime digesta sunt. voluerit apostolus has epistolas ad singulas ecclesias destinare? Hac autem causa factum videtur. ut scilicet in initia nascentis ecclesie nouis causis existens preueniret. et ut presentia atque orientia ressecaret vicia. et post futuras excluderet questiones. exemplo prophetarum: qui post editam legem moysi in qua omnia dei mandata legebantur nihilominus in doctrina sua rediuita semper populi comprehendere peccata. et propter exemplum viuendi libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde queritur. Cur non amplius quam decem epistolas ad ecclesias scripserit? Decem sunt enim cum ea que dicitur ad hebreos. Nam relique quattuor ad discipulos specialiter sunt porrecte. Ut ostenderet nouum non discrepare a veteri testamento. et se contra legem non facere moysi ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinavit. et quot ille preceptis a pharaone instituit liberatos: totidem hic epistolis a diaboli et idolatrie seruitute edocet acquisitos. Nam et duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sane quam ad hebreos scribit quidam pauli non esse putant. eo quod non sit eius nomine titulata. et propter sermonis stilitate distantiam: sed aut barnabe iuxta tertullianum. aut luce iuxta quosdam. vel certe clementis discipuli apostolorum et episcopi romane ecclesie post apostolos ordiati. Quibus respondendum est. si propterea pauli non erit. quia eius non habet nomen. ergo nec alius erit: quia nulli nomine titulata. Quod si inconueniens absurdumque est: ipsius magis esse credenda est que tanto doctrine sue fulget eloquio. Sed quoniam apud hebreorum ecclesias quasi destructor legis falsa suspitione habebatur. voluit tacito nomine de figuris legis et veritate christi reddere rationem: ne odium nominis in fronte pretilati utilitate excluderet lectionis. Non est sane mirum si eloquentior videatur in proprio. id est hebreo quam in peregrino. id est in greco quo ceterę epistolę sunt scriptę sermone. Mouet etiam quosdam quare romanorum epistola in primo sit posita: cum eam non primo scriptam ratio manifestet. Nam hanc se proficiscentem hierosolimam scripsisse testatur cum corinthios et alios iam ante ut ministerium quod secum portaturus erat colligerent. litteris adhortatus sit. Unde et intelligi quidam volunt ita omnes epistolas ordinatas: ut prima poneretur quęuis posterior fuerit destinata ut per singulas epistolas gradibus ad perfectiora veniret. Romanorum namque

plerique tam rudes erant: ut non intelligerent dei se gratia et non suis meritis esse saluatos. et ob hoc duo inter se populi fluctaret. Ad circo illos indigere asserit corrigi: vitia gentilitatis priora commemorans. Corinthiis autem iam dicit scientie gratiam esse concessam. et non tam omnes increpat quam cur peccates non increpauerunt. reprehendit. sicut ait. Audite inter vos fornicatio. Et iterum: Congregatis vobis cum meo spiritu tradere huiusmodi sathanę. In secunda vero laudant. et ut magis ac magis proficiant commemorantur. Balthem vero iam nullius criminis arguunt. nisi hoc tantum quod callidissimis pseudo apostolis crediderunt. Ephesij sane nulla reprehensione. sed multa laude sunt digni: quia fidem apostolicam seruauerunt. Philippenses etiam multo magis collaudant. qui nec audire quidem falsos apostolos voluerunt. Thessalonicenses nihilominus in duabus epistolis omni laude prosequitur: eo quod non solum fidei incunctam seruauerint veritatis: sed etiam in persecutione civium fuerint constantes iuuenti Colossenses autem tales erant. ut cum ab apostolo visi corporaliter non fuissent hac laude digni haberentur. Et si corpore iquit absens sum: sed spiritu vobiscum sum gaudens et videns ordinem vestrum. De hebreis vero quod dicendum est: quorum thessalonicenses qui plurimum laudati sunt imitatores facti esse dicuntur. Sicut ipse ait: Et vos fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei que sunt in iudea. Eadem enim passi estis et vos a tribulibus vestris: que et illi a iudeis. Apud ipsos quoque hebreos eadem commemorat dicens: Nam et vincitis compassi estis: et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. cognoscetes vos habere meliorem et manentem substantiam.

**P**rologus specialis in epistolam ad Romanos Incipit.

**R**omani sunt qui ex iudeis et gentibus crediderunt. In superba intentione volebant se alterutrum supponere. Nam iudei dicebant: Nos sumus populus dei quos ab initio dilexit et fouit: nos circumcisi ex genere abraam sancta descendimus ex stirpe. et notus retro apud iudeam tantum deus. Nos de egipto signis dei et virtutibus liberati. mare sicco pertransiimus pede: cum inimicos nostros grauissimi fluctus inuoluerent: Nobis pluit manna dominus in deserto. et quasi filiis suis celeste pabulum ministravit. Nos die noctumque in columna nubis ignisque processit. ut nobis in inuio iter ostenderet. Atque ut cetera eius circa nos immensa beneficia taceam. nos soli digni fuimus dei legem accipere. et vocem dei loquentis audire eiusque cognoscere voluntatem. In qua lege nobis promissus est christus ad quos etiam ipse se venisse testatus est dicens non veni nisi ad oues que pierant domum israel. cum vos canes potius quam homines appellauerit

Equum ne ergo ē. vt idola hodie deserētes quibus ab initio deseruistis nobis pparemini: et nō potius i pofelitoꝝ locū ex legis autoꝝitate et consuetudine deputemini: Et hoc ipsum non merebamini. nisi quia larga semp dei clemētia voluit vos ad nostrā imitationē admittēre. **Gentes** etiam ecōtrario respōdebant: Quāto enī maiora erga vos dei bñficia narraueritis: tāto maioris vos criminis reos esse mōstrabit. **Semper** enī his omnibus extitistis ingrati. Nam ipsis pedibus quibus aridū mare transistis. ludebatis ante idola q̄ fecistis. et ipso ore quo pauloante ob necē aduersarioꝝ domino cātaueratis: simulacra vobis fieri poposcistis illis oculis quibus venerādo deū in nube vel igne p̄spicere solebatis: simulacra intuebamini. **Manna** quoq; vobis fastidio fuit et semp in deserto p̄tra dominum murmuraſtis. ad egiptum vnde vos manu valida eiecērat redire cupiētes. **Quid** plura? Ita patres vestri crebra p̄uocatione dominum irritauerūt. vt omnes in heremo morent: nec plus ex senioꝝibus eoz q̄ duo homines terrā rep̄missionis intrarēt. **Sed** qd̄ anti qua replicamus. cū etiam si illa minime fecissetis de hoc solo nemo vos dignos veniā iudicaret qd̄ dominū christum p̄phetarū semp vobis vocibus rep̄missum nō soluz suscipere noluitis: sed etiā morte pessima p̄emistis: **Quē** vt nos cognouimus statim credidimus: cum nobis de eo antea nō fuerit p̄dicatū. **Unde** probat. qd̄ idolis serui uimus: nō obstinationi mētis: sed ignozantie deputandū. **Qui** enim cognitū ilico seq̄mur: olim vtiq; sequeremur si antea cognouissemus. **Sic** autē vos de generis nobilitate iactatis: quasi nō moꝝum imitatio magis q̄ carnalis natiuitas filios vos faciat esse sanctorū. **Deniq;** esau et hysmael cū de stirpe sint abraę. minime tamē in filijs reputant. **Dis** taliter altercantibus. apostolus se mediū interponēs ita p̄tium dirimit q̄stiones. vt neutꝝ eozum sua iusticia saluauerit: confirmet: ambos vero populos et sciēter et grauitē deliquisse. **Iudēos** quideꝝ qd̄ p̄p̄uaricationē legis deum ihonozauerint: gentes vero qd̄ cum cognitū de creatura creatorē vt deū debuerint venerari. gloriā eius in manufacta mutauerint simulacra. **Utrosq;** etiam similiter veniā consecutos: equales esse verissima ratione demonstrat. p̄sertim cū vt in eadē lege p̄dictū sit et iudēos et gentes ad christi fidem vocādos esse ostēdat. **Quāobrem** vicissim eos humilians ad pacē et concordia cohoꝝrat.

Prothemata in Epistolas pauli.

**Epistolis** quedam sunt generalia q̄ omnibus pueniunt. q̄dam specialia q̄ ad singulas p̄tinent. **Primo** cōsideranda sunt generalia. deinde uideamus q̄ sunt specialia. **Hec** itaq; sunt generalia. **Querit** quare post euāgelium scripte sunt epistolę. cū in euāgelio sit doctrinę p̄fectio. p̄fecta regula viuēdi. honestoꝝ quoq; moꝝum integra p̄formatio. **Est** etiā q̄stio quare dicant epistolę. et q̄ materia earū. et p̄munis intentio omnium. **Deinde** querit de ordine earū et numero. **Hec** p̄dicta generalia sunt omnibus epistolis p̄ueniētia. **Ita** vero specialia sūt. **Queritur** enī quibus scribant. et causa scribēdi. quid etiā in singulis specialiter intēdat. **Primę** q̄stio sic respondeatur. **Quō** ideo scripte sunt post euāgelium vt in exordio nascētis ecclesie nos contra callidas hēreticoꝝ p̄muniret oppugnationes. oriētia quoq; vicia relecaret. et post futuras excluderet q̄stiones. **In** euāgelio namq; sic dicta sūt quedā: vt facile male intelligentib; ambiguitas et error suboriret. **Sicut** illud qd̄ dicit. anno. xxx. christi esse baptizatus. vnde quidā hēretici voluerūt p̄cipere: vt nullus ante tricesimū annū recte baptizaret. **Erant** etiā p̄terea q̄dam in euāgelio sic obscure dicta. vt inde fideles etiā dubitaret. **Itaq;** p̄pter hēreses has et alias q̄ tunc in ecclesia pullulabāt extirpandas: istas apostolus scripsit epistolę. **His** itaq; de causis p̄dictis post euāgelia scripte sunt epistolę. **Non** sup̄flue. **Sed** quēadmodū p̄phetę post legem: sic epistolę post euāgelia valde sunt viles et necessarie. **Quāuis** enī in lege fuerit p̄fecta doctrina. nec aliud in p̄phetis q̄ in lege p̄tineatur. quedam tamē ibi erant sub velamine dicta. q̄ in p̄phetis aptius expōsita: quodammodo dilucidant.

**Quanduz** quoq; ē qd̄ hoc opus a quibusdā vocat sup̄additio. **Et** tractū de pabola illa euāgelicā q̄ dicit: **Homo** qd̄ descendebat ab hierlm̄ in hiericho. et incidit in latrones. i. humanū genꝝ qd̄ de celestis hierusalem patria descendit in mundū. inter malignos videlicet hostes. **Qui** etiam despoliauerunt eum. et plagis impositis abierunt semiuino relicto. i. diuersoꝝ dogmatum erroribus eū subingauerūt. **Accidit** autē vt sacerdos quidā et lenita. dum transiret eadem via eo vilo p̄terierūt. **Lex** enī et p̄phetę humanū genus curare nō valuerūt. **Samaritanus** autē custos ille verus videlicet christus iter faciens. i. carnē assumēs. misericordia motus ē. **Et** appropians alligauit vulnera eius infundēs oleū et vinum. i. gratiā sp̄s sancti. et noui testamēti doctrinā q̄ sic inebriat vt terrenoz desiderioꝝ obliuisci faciat. **Et** imponēs illū iumento duxit in sta. et p̄tulit duos denarios dices stabulario curā illius habe. et si liquid superogaueris. ego cū rediero reddā tibi. **Dedit** enī apostolis et ceteris doctorib; nouū et vetus testamētū. qui plura superogauerūt vt paulus et multi alij. **Potest** etiā p̄ hoc opus illa scāla significari: in qua vidit iacob ascendētes et descendentes angelos. quoꝝ tipū gessit paulus cum ad terciū celuz raptus ē. vbi vidit se cetera zc. **Condescēdit** etiā intantū humanitati et fragilitati vt diceret. vir reddat debitum vroz.

**Epistolę** dicunt sup̄missę. i. sup̄ euāgelia missę. **Quattuordecim** sunt ep̄lę. decē ad ecclesias. q̄tuoꝝ ad p̄sonas. in quo numero voluit ostēdere euāgelio et legi se p̄cordare. **Denarius** namq; ad decalogū legis. q̄ ternarius ad euāgelia p̄tinet. **Romanis** in hac epistola scribit. p̄ altercationē q̄ erat iter illos. **Altercatio** autē talis erat. **Dicebāt** iudęi se de genere abraę esse. se etiā legem et p̄phetas accepisse. et nunq; idola. se d̄ vnū verum deum coluisse: gentiles canes imundos appellabāt. **Ecōtra** gentiles se iauditu auris obedisse dicebāt: qd̄ ipsi bono ingenio et suę nature ascribebāt. **Iudēos** autē nō solum nō obedisse christo: verū etiā turpissima morte eū cōdemnasse dicebāt. **Ita** ex vtraq; p̄te sup̄bia. et nulla humilitas. **Quibus** se quasi mediū interponit apostolus. vtroq; p̄fundando: vt sic inuiter ad humilitatē: vt omnia attribuāt gratiē dei. **Morem** recte scribentū epistolę seruat p̄ponendo salutationē in qua captat benivolētiā a p̄sona sua. vbi dicit paulus. a. f. christi. **A** negocio vbi